



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Prophetia Apocalyptica S. Joannis Apostoli**

**Kircher, Heinrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1676**

In Secunda Parte Apocalypseos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39100**

VAcillatio interea Imperii Christiani, quod est  
Væ Orientalis Aquilæ trepidantis.

SUccessio Turcarum in Sedem & Imperium Chri-  
stianum: simul doctrinæ Mahometicæ domina-  
tus; captivitas & jugum Christianorum, con-  
junctum cum periculo animarum & jactura Ec-  
clesiarum.

Secundò, Futura impendentia hæc prophetantur:

Solutio & potestas novissima Dæmonum, cœptu-  
ra ab Euphrate: & introductura Imperium anti-  
christianum;

De hoc Imperio deglutiuntur, id est ruditer com-  
memorantur in fine hujus partis Apocalypseos  
(ac differuntur in secundam partem in qua iterum  
de his prophetetur & latius:)

ANGustia Ecclesiæ illorum temporum per  $\frac{3}{4}$  annos.

DUorum Testium ad Judæos prædicatio miraculo-  
sa; Clades Antichristianorum.

JUDæorum conversio.

Post quæ imminet Tuba novissima Judicii extremi.

## IN SECUNDA PARTE APOCALYPSEOS.

REFERUNTUR OMNIA AD MULIEREM SPONSAM.

PROPHETANTUR ITERUM, ET À CAPITE:

INimicitia inter antiquum Serpentem; ac mulie-  
rem Ecclesiam Christi teneram, parturientem:

**P**Arturatio hæc est Gentium Christianorum: & partus masculus.

**O**ppositio Draconis & prælium: in quo clades Draconis & angelorum ejus sub præsidio S. Michaëlis: & victoria martyrum in persecutionibus.

**T**repidantis Ecclesiæ mira exaltatio; & Imperium utrumque cum Occidentis tum Orientis penes Christianos: conversis utrobique Gentilibus passim.

**F**lumen Hæresum, quarum vis præcipua emoritur & conspeditur cum suis Hæresiarchis & fautoribus potentioribus.

**B**estia prior, Imperium Turcarum; quod præparat adventum posteriori Imperio Antichristi usurpaturi & aucturi potestatem prioris, cum Imagine & prodigiis mendacibus: ipsum erit bestia posterior.

**N**on desunt Ecclesiæ, qui præluceant in ea cæteris; Status tres eximii: Virgines: Doctores: Martyres. quorum Virginibus suus honos non se inquinasse cum mulieribus; & prærogativa sequendi agnum & canendi: Doctoribus præcellentia angelorum; etenim horum fuit obiisse munus angelicum, evangelizando evangelium æternum; ruinam aabylonis; & damnationem adoratorum bestię: Martyribus sua eminentia Beatitudinis commorientium Domino,

mino, & illicò ad Beatam requiem assumptorum.

INveteratio malorum, quæ suprâ cœperant proclamari tubis. 1. Adhuc enim vulnus Arianismi recruduit in mediterraneis. 2. Et adhuc contaminatione Nestorio-Eutychianâ infecti sunt maritimi populi. 3. Schisma pertinax: signum justæ vindictæ profectæ ab Altari. 4. Solis, id est doctrinæ orthodoxæ, intemperies maligna: æstuatio Ecclesiarum Orientalium in erroribus de divinitate quæ blasphematur. 5. Regnum bestię in tenebris: & dolore quem infert. 6. Ab Euphrate via Antichristo cum suis: apparatus communis ad bellum & congregatio adversus Ecclesiam, ipsimet antichristo fatalis.

CIneres Civitatis Imperatoriæ apostatricis: & combustio æterna secutura. Planctus super eam habitatorum terræ: at exultatio cœlestium.

EXpectatio nuptiarum agni, & adornatio Nuptiæ.

CHRisti & exercitus ei militantis victoria: plenâque reductio gentis Judæorum ad fidem Christi.

DAmnatio amborum Bestię & Antichristi ad stagnum ardens: Quò mittetur & Draco, is qui post mille

mille annos religionis fuerat solutus & supremus auctor omnis seductionis.

Simul & consummatio mundi ( quanto post antichristum intervallo temporis , latet ) ac Judicium mortuorum : his qui ad mortem secundam, vel qui in Libro Vitæ.

Mutatio Cœli & terræ in formam novam , antiquâ pereunte.

DEscriptio Civitatis Beatæ, quæ eadem est Uxor Agni. Et in ea Civitate cohabitatio DEI cum hominibus. Introitus gentium in illam honorabilium , nec ullius inquinati. Sedes DEI & Agni. & servi ejus una omnes Reges in sæcula sæculorum.



INI.